

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XLIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

anima nihil solliciti. Qui audent dicere, Was frag ich darnach / Will sie vnser d, erri Goretit / so ist der Teuffel ihr f. oh. 2c. Quod interdum homines a Deo, & Epicurari, vel aperte dicunt, vel in corde sentiunt.

3. Qui creaturæ, vt Mariæ & sanctis, & non potius creatori commendant animam, quam is dedit, redemit & glorificare constituit.

4. Qui procrastinatores sunt, & animam suam (quam hæcenus Diabolo consecratur, cuius ductum sequuti sunt) non commendant Deo dum viuunt & valent: sed id differunt ad extremum vitæ halitum: at postpercutunt morte præuerti & prius abrepti, quam animam commendare potuerunt creatori. Et sic moriuntur (vt est in prouerbio) sine lux & sine cruz, &c.

5. Qui benedicunt animæ suæ propter terrena bona, sicut diues ille Luc. 12. v. 19. At quid potuerunt dare pro redemptione animæ: Matth. 16. v. 26. de qua nihil fuerunt solliciti, &c.

F I N I S.

## THEMA XLIX.

Psalm. 33. v. 4.

*Verbum Domini verum, & omnes eius promissiones in veritate seruantur.*

## DISPOSITIO.

Sapiens vult, nos non tantum in funeribus defunctorum lugere, sed etiam consolationem accipere, Syr. 38. v. 16. & 18. 24. Eamque ob causam funebres instituuntur conciones, vt & doctrinas & consolationes necessarias, correptiones item & admonitiones audiamus, (hinc enim scripturarum finis est. 1. Tim. 3. v. 16.) quæ nobis in omni vitæ genere, & in morbis quoque & mortis articulo possint esse vsui.

Quia autem scriptura varias & pene innumerabiles consolationes, in veteri & nouo testamento proponit:

est

est hæc etiam inter alias non minima, quæ de veritate promissionum diuinarum docet; Hæc enim multis gravissimis tentationibus opponi potest: si illam recte considerauerimus.

Nos primum pauca verba Textus examinabimus: deinde quid ista nos docere possint, indicabimus.

*Textus.*

*Verbum Domini rectum, vel verum.*] 1. Primum generaliter de verbo Dei loquitur, quod illud veritatem contineat, & præter veritatem nihil nobis annuntiet. De hoc ipse Christus, Ioan. 17. v. 17. Verbum tuum est veritas. Veritatem ergo nos docet.

Verba hominum ut plurimum sunt vel vana, vel odiosa, vel etiam falsa, Psal. 62. v. 10. & 116. v. 11. & Rom. 3. v. 4. At Dei verbum ipsa veritas est, in quo tuto possumus acquiescere cum de verbis hominum semper dubitandum. Ideo manet in æternum, Psal. 119. Esa. 40. v. 8. At de hoc non principaliter agit Psaltes hoc loco.

2. Deinde in specie de verbo promissionum diuinarum loquitur, & addit, quod omnes Dei promissiones sint certissimæ. *Et hæc sunt gen. ij.* Sunt autem promissiones diuinæ aliæ corporales: siue præsentis vitæ, ut Paulus vocat, 1. Tim. 4. v. 8 quæ plerumque annexam habent conditionem aliquam. Ut Deut. 28. v. 12. Dabit tibi Dominus pluiam, &c. *Si obedieris voci Dei.* Idem Leuitic. 26. Si præceptis meis, &c. Idem Deut. 19. v. 9. & Deut. 7. v. 12. Et Deut. 30. v. 2 & 15. 1. Sam. 2. v. 3. Quicumque honorificauerit me, &c. 1. Reg. 2. v. 4. Si custodierint filii tui. Idem 1. Reg. 8. v. 25. & cætera: Reg. 9. v. 4. Si tu ambulaueris, 1. Paral. 29. v. 7. Si seraueris, 2. Par. 6. v. 16.

His conditionibus seruatis, Deus etiam sua promissa seruat constantissime, Vide 1. Reg. 8. v. 24. Commendatur promissionum diuinarum veritas, Iosua 21. versicul. 45. & 23. vers. 14. 1. Sam. 3. vers. 19. 2. Reg. 4. versicu. 44. Psalm. 105. v. 42.

Aliæ

Aliæ promissiones Dei sunt spirituales, & illæ quidem sunt variæ, & latissime patent.

Quales sunt, de Dei providentia, electione, iustificatione, gratia, protectione, liberatione, vita æterna, &c.

Nec de his etiam cuiquam dubitandum Fidelis enim DEVS, & nesciens mentiri, etiamsi nos non credamus, 2. Tim. 2. v. 13. Nec cadit vnus apex de illis, Prius cœlum & terra transitura sunt, Luc. 21. v. 33. Sunt illæ promissiones omnes in Christo, etiam & Amen, 2. Cor. 1. v. 10.

Vna plerumque in nonnullis promissionibus spiritualibus, quæ salutem nostram conerunt, addita est conditio, Fidei scilicet vt credamus. Quod patet ex Marc. 16. Qui crediderit, &c. Ioh. 3. v. 16. vt omnis, qui credit, habeat vitam, Et idem v. 36. Ioh. 6. v. 47. & 8. v. 31. &c.

Nec pœnitent Deum suarum promissionum, Rom. 11. v. 29. nec retractat illas (tanta est illius bonitas) licet nos simus peccatores.

Commendatur Deus hoc nomine ab Apostolis, quod seruauerit promissiones suas, misso filio in carnem, Act. 2. v. 30. & 3. v. 13. & Paulus Act. 13. v. 23. Idem prædicat Zacharias, Luc. 1. v. 70. & 72, Et Maria ibid. v. 55.

Nec impediuerunt hominum peccata istam filii missionem; vt augantur Iudæi hodierni.

## L O C I.

NOTA. De verbo Dei latissimus campus patet vbi que. Hic tantum de promissis.

I. Doctrina hinc talis peti potest. Qua ratione Deum precibus nostris possimus sic constringere, vt cogatur illis annuere: ita scilicet, si vrgeamus fidem promissionum illius, & obiciamus Deo verbum, quod egressum est ex ore illius. *Dann das Es er nicht ziehen. Er muß halten.* Exempli gratia, Exod. 32. vers. 13. obicit Moses Deo suas promissiones, factas patribus, & sic constringit Deum, vt cogatur parcere populo, & pœnitent ipsam vt ibi aditur, vers. 14.

David

Dauid vrget Dominum sua promissione, Pſal. 89. v. 20. & infert v. 39. & ſequentibus, non poſſe ipſum ſine læſione veritatis negare ſuam opem.

Jacobus Patriarcha Deo ſuam promiſſionem obiicit, Gen. 3. verſ. 12. & ſic argumentatur, Deum vi promiſſionis teneri, vt eripiat ipſum ex illis anguſtiis, in quas coniectus erat propter fratris iram, 2. Samuel. 7. verſ. 25. Rogat Dauid, vt impleat Deus verbum ſuum. Et factum eſt ira.

Exempla plura paſſim ſunt obuia. Nec vnquam Deus legitur promiſſis non ſterife.

CONSOLATIO autem ex prædictis ſimul exſurgit maxima in vita, & potiſſimum in ipſo mortis agone probe noranda: quando ſcilicet intelligimus, Deum promiſſorum eſſe ſeruantiſſimum, vt non dubitemus de remiſſione peccatorum, liberatione ex omnibus malis, & vita æterna, &c. Promiſſiones enim ſuas iuramento confirmauit Deus, Heb. 6. v. 17. vt non poſſimus dubitare. Vide etiam Eſa. 54. v. 9. O felices nos, ſi hæc tentationibus diſcimus opponere.

Exempli gratia, 'Ezech. 33. v. 11. iurat Dominus, Viuo ego, nolo mortem peccatoris. Viciffim autem promiſit ibidem, verſ. 14. Si conuertatur, non morietur. Tu ergo peccator quiſquis es pœnitens, hoc oppone tentationibus Sathanæ & dic: *Unſer Herr Gott wird an mir zu keinem Lügner werden* / 2c. Arripe illud Chriſti, Joan. 6. Qui venerit ad me, eum non eiiciam. Item illud, Joan. 10. Nemo rapiet oues. Et infinita alia. Hæc promiſſiones mordicus ſunt tenendæ. Nec præualebunt ignita ipſius Diaboli tela.

Sic de cæteris promiſſionibus: Ego tecum: Eſai 41. & 43. Non relinquam vos orphanos, Ioh. 14. v. 18. Ego vobiscum & in medio, Matth. 18. v. 20. & 48. v. 20.

ADMONITIO autem hic neceſſaria eſt, & ea quidem, quam Paulus, 2. Corint. 7. v. 1. ex promiſſionibus Dei extruit, vt fideles purgent ſe ab omni inquinamento, &c.

& 13

& in patientia faciant voluntatem Dei, vt accipiant promissionem. De quo Heb. 10. v. 36. Atque hoc agamus omnes vt simus filij promissionis, Rom. 9. v. 8. & sic promissionem ipsius expectemus, 1. Pet. 3. versiculo decimo tertio. De cæteris alias.

F I N I S.

T H E M A L.

Psalm. 34. v. 20. & 21.

*Multæ tribulationes iustorum: sed ab his omnibus liberat Dominus.*

*Custodit omnia ossa eorum, vnum ex eis non confringetur.*

D I S P O S I T I O.

Psalm. 83. vers. 12. Dauid queritur: Ecce impii felices Hic è contrario, iustorum multæ tribulationes. Quomodo hæc, inquis, conuenient cum Dei iustitia? Et certe iniquum hoc videtur rationi humanæ, vt Hieremias in ius propterea Deum vocare non vereatur, Jer. 12. v. 1.

Et nisi in sanctuarium Dei ingrediamur, Psal. 73. v. 17, hoc est, nisi Sacrosanctum Dei verbum consulamus non expediemus hanc controuersiam. Ita que præsentia verba iam explicanda suscipiemus in præsentii funere, viri optimi & iustissimi, qui certe multas sensit tribulationes.

Neque vero de impiorum felicitate, sed tantum de tribulationibus iustorum dicemus. Et hæc notabimus,

1. Vtrum Deus conscius harum tribulationum sit.
2. Quare permittat sic tribulari pios.
3. Et quæ piorum consolatio in his tribulationibus.

I. Pars.

Initio notandum hic, quinam per iustos intelligantur. Non qui carent peccatis, (tales enim non viuunt, Hiob. 14. v. 4. & Prou. 20. v. 9. Rom. 3. v. 10. & 23.) sed qui iustificati sunt fide, Rom. 5. v. 1.

Talium